



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ 3 Præ. Visus inter alios sensus est spiritualior, & propinquior rationi, in quantum plures differentias rerum ostendit, ut dicitur in primo Metaph. sed infectio culpæ primo est in ratione. ergo uisus magis est infectus, quam tactus.

Circa princ. li. i Met.

Li. 14. c. 16. r. 19. & to. 5.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in 14. de ciuit. Dei. quod infectio originalis culpæ maxime apparet in motu genitalium membrorum, qui rationi non subditur, sed illa membra deseruiunt generatiuæ uirtuti in commissione sexuum, in qua est delectatio secundum tactum, quæ maxime concupiscentiam mouet. ergo infectio originalis peccati maxime pertinet ad ista tria, scilicet potentiam generatiuam, uim concupiscentiam, & sensum tactus.

q. 31. ar. 1.

RESPON. Dicendum, quod illa corruptio precipue infectio nominari solet, quæ nata est in aliud trã ferri: unde & morbi contagiosi, sicut lepra, & scabies, & huiusmodi, infectiones dicuntur. Corruptio autem originalis peccati traducitur per actum generationis, sicut supra dictum est. unde potentia, quæ ad huiusmodi actum concurrunt, maxime dicuntur esse infectæ. Huiusmodi autem actus deseruiunt generatiuæ, in quantum ad generationem ordinatur: habet autem in se delectationem tactus, quæ est maximum obiectum concupiscentis. & ideo cum omnes partes animæ dicantur esse corrupte per peccatum originale, specialiter tres prædictæ dicuntur esse corruptæ, & infectæ.

q. 32. ar. 2. ad 5. & ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum originale ex ea parte, qua inclinatur in peccata actualia, præcipue pertinet ad uoluntatem, ut dictum est, sed ex ea parte, qua traducitur in prolem, pertinet propinque ad potentias prædictas, ad uoluntatem autem remote.

AD SECUNDVM dicendum, quod infectio actualis culpæ non pertinet nisi ad potentias, quæ mouentur a uoluntate peccantis: sed infectio originalis culpæ non deriuatur a uoluntate eius qui ipsam contrahit, sed per originem nature, cui deseruiunt potentia generatiua; & ideo in ea est infectio originalis peccati.

AD TERTIVM dicendum, quod uisus non pertinet ad actum generationis nisi secundum dispositionem remotam, prout scilicet per uisum apparet. species concupiscentis; sed delectatio perficitur in tactu. & ideo talis infectio magis attribuitur tactui, quam uisui.

¶ Super Questionis obuiage in quartæ Articuli primum.

QVAESTIO LXXXIII.

De causa peccati, secundum quod unum peccatum alterius peccati causa est, in quatuor articulos diuisa.

¶ In articulo 1. quæst. 84. dicitur Durando in secundo sent. distinct. 42. quia aut sermo est formalis, aut materialis. Si formalis, falsus est: quia cupiditas est inordinatus amor habendi pecunias ad retinendum, non ad expendendum. Constat autem, quod pecunia non ut retineatur, sed ut expendenda est, cui obediunt omnia. ergo cupiditas non est radix omnium malorum, ut est speciale peccatum: immo ex hoc sequitur, quod cupiditas impedit multa mala, quia

DEINDE considerandum est de causa peccati, secundum quod unum peccatum est causa alterius.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

¶ Secundo, Vtrum superbia sit initium omnis peccati.

¶ Tertio, Vtrum præter superbiã & auaritiã, debent dici capitalia uitia, aliqua specialia peccata.

¶ Quarto, quot, & quæ sint capitalia uitia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum cupiditas sit radix omnium peccatorum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod cupiditas non sit radix omnium peccatorum. Cupiditas enim, quæ est inordinatus appetitus diuitiarum, opponitur uirtuti liberalitatis: sed liberalitas non est radix omnium uirtutum. ergo cupiditas non est radix omnium peccatorum.

¶ 2 Præ. Appetitus eorum que sunt ad finem, procedit ex appetitu finis: sed diuitia, quantum appetitus est cupiditas, non appetuntur nisi ut utilem aliquam finem, sicut dicitur in primo Ethic. ergo cupiditas non est radix omnis peccati, sed procedit ex alia priori radice.

¶ 3 Præ. Frequenter inuenitur, quod auaritia, quæ cupiditas nominatur, oritur ex aliis peccatis, puta, cum quis appetit pecuniam propter ambitionem, uel ut satisfaciat gula. non ergo est radix omnium peccatorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Apostolus 1. ad Timoth. vlti. Radix omnium malorum est cupiditas.

RESPON. dicendum, quod secundum quosdam, cupiditas tripliciter dicitur. Vno modo, prout est appetitus inordinatus diuitiarum, & sic est speciale peccatum. Alio modo, secundum quod significat inordinatum appetitum cuiuscumque boni temporalis, & sic est genus omnis peccati: nam in omni peccato est inordinata conuersio ad commutabile bonum, ut dictum est. Tertio modo sumitur, prout significat quandam inclinationem nature corrupte ad bona corruptibilia inordinate appetenda: & sic dicitur cupiditatem esse radicem omnium peccatorum ad similitudinem radicis arboris, quæ ex terra trahit alimentum: sic enim ex amore rerum temporalium omne peccatum procedit. Et hæc quidem quamuis uera sint, non tamen uidentur esse secundum intentionem Apostoli, qui dixit cupiditatem esse radicem omnium peccatorum. Manifeste enim ibi loquitur contra eos, qui cum uelint diuites fieri, incidunt in tentationes, & laqueum diaboli, eo quod radix omnium malorum est cupiditas. Vnde manifestum est, quod loquitur de cupiditate, in quo est appetitus inordinatus diuitiarum. Et secundum hoc dicendum est, quod cupiditas secundum quod est speciale peccatum, dicitur radix omnium peccatorum ad simi-

contrarietate... de multa... uaros... malis... nere, ne... Si materialis... ab arte... & quia... quod... dicitur... cunia, est... ni, uel... tione... quod... est radix... malorum... Ad hoc... quod... malis: peccati... que est... solum... uirtutum... perea non... tuperanda... gnomic... dix omnium... rum: sed... tus amor... eam, que... tas uocatur... quoddam... quod non... se uia ad... cente Ap... sunt facien... ut eueniat... radix omni... lorum est... rice: quia... corporis, la... ris uitiorum... quod alime... scipiunt... curiam sub... tentione, in... sicut habet... niam, habet... lum omnia... deriorum;... cunia uim... fidei in... nia, secund... horem;... inordinate... eam habere... ipsa sua... tione habet... lum omnium... rum. Man... & ar... que patet... & ar... do, quod... dinate habet... nias, &... inant gratie... xurie, &... & imit... & hinc... die, & hinc... felicit... ti, foment... stat. Cum... citur, quod... nie non ut... sed ut... respondetur... retentionem... stractionem... dit habere... horum est... cupili est... Nam cupid... semper...

ut recinat, sed quandoque ut det, ut patet in male congregantibus, ut soluant militibus, vel mercetricibus &c. unde non est iudicanda cupiditas ex retentione, ut argumentum creditur, sed ex possessionis inordinatio, que licet in hoc, ut illo ordinatur ad uitandam multa mala, ut experientia docet in quibusdam, ut in illud Eccl. Homo, cuius Deus &c. quantum tamen est ex se, apta nata est nutrire omnia mala: & propterea dicta est radix omnium malorum secundum se. Quomodo autem cupiditas sit uitium capitale, alia questio est: & ex fine pensabitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod non ab eodem oritur uirtus & peccatum. Oritur enim peccatum ex appetitu commutabilis boni: & ideo appetitus illius boni, quod iuuat ad consequenda omnia temporalia bona, radix peccatorum dicitur. Virtus autem oritur ex appetitu incommutabilis boni: & ideo charitas, que est amor Dei, ponitur radix uirtutum, secundum illud Ephes. 3. In charitate radicati & fundati.

AD SECUNDUM dicendum, quod appetitus pecuniarum dicitur esse radix peccatorum, non quidem quia diuitiarum propter se querantur tanquam ultimus finis; sed quia multa queruntur, ut utiles ad omnem temporalem finem. Et quia uniuersale bonum est appetibilis, quam aliquod particulare bonum; ideo magis mouet appetitum, quam quedam bona singularia, que simul cum multis aliis per pecuniam haberi possunt.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut in rebus naturalibus non dicitur quid semper fiat, sed quid in pluribus accidit, eo quod natura corruptibilium rerum inpediri potest, ut non semper eodem modo operetur; ita etiam in moralibus consideratur quod ut in pluribus est, non autem quod semper est, eo quod uoluntas non ex necessitate operatur. Non igitur dicitur auaritia radix omnium malorum, quin interdum aliquod aliud malum sit radix eius; sed quia ex ipsa frequentius alia mala oriuntur, ratione predicta.

ARTICVLVS. II.

Vtrum superbia sit initium omnis peccati.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod superbia non sit initium omnis peccati.

Radix enim est quoddam principium arboris, & ita uidetur idem esse radix & initium peccati: sed cupiditas est radix omnis peccati, ut dictum est. ergo ipsa etiam est initium omnis peccati, non autem superbia.

¶ 2. Præter Eccl. 10. dicitur, Initium superbiae hominis est apostatare a Deo; sed apostasia a Deo, est quoddam peccatum. ergo aliquod peccatum est initium superbiae. ergo & ipsa non est initium omnis peccati.

¶ 3. Præter illud uidetur esse initium omnis peccati, quod facit omnia peccata: sed hoc est inordinatus amor sui, qui facit ciuitatem Baby-

lonis, ut August. dicit in 14. de ciuit. Dei. * ergo amor sui est initium omnis peccati, non autem superbia.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt superbia dici tripliciter. Vno modo, secundum quod superbia significat inordinatum appetitum propriae excellentiae, & sic est speciale peccatum. Alio modo, secundum quod importat quandam actiualem contemptum Dei quantum ad hunc effectum, qui est non subditi eius præcepto, & sic dicitur quod est generale peccatum. Tertio modo, secundum quod importat quandam inclinationem ad huiusmodi contemptum ex corruptione naturæ, & sic dicitur quod est initium omnis peccati. Et differt a cupiditate, quia cupiditas respicit peccatum ex parte conuersionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur & fouetur, & propter hoc cupiditas dicitur radix: sed superbia respicit peccatum ex parte auersionis a Deo, cuius præcepto homo subditi recusat, & ideo uocatur initium, quia ex parte auersionis incipit ratio mali. Et hæc quidem quamuis uera sint, tamen non sunt secundum intentionem Sapientis, qui dicit. Initium omnis peccati est superbia. Manifeste enim loquitur de superbia, secundum quod est inordinatus appetitus propriae excellentiae, ut patet per hoc quod subdit. Sedes ducum superborum destruxit Deus: & de hac materia loquitur ibi fere in toto capitulo. Et ideo dicendum est, quod superbia etiam secundum quod est speciale peccatum, est initium omnis peccati. Considerandum est enim, quod in actibus uoluntariis, cuiusmodi sunt peccata, duplex ordo inuenitur, scilicet intentionis, & executionis. In primo quidem ordine habet rationem principii & finis, ut supra multoties dictum est. * Finis autem in omnibus bonis temporalibus acquirendis, est ut homo per illa quandam perfectionem singularem, & excellentiam habeat: & ideo ex hac parte superbia quæ est appetitus excellentiae, ponitur initium omnis peccati. Sed ex parte executionis est primum id, quod præbet opportunitatem adimplendi omnia desideria peccati, quod habet rationem radicis, scilicet diuitiarum; & ideo ex hac parte auaritia ponitur esse radix omnium malorum, ut dictum est. * Et per hoc patet responsio ad Primum.

dist. ro. contra que stionem arguit: q. nec appetitus carpium delectationu in rebus bellicis ex superbia oritur. Probat, quia ex superbia illa sola oriuntur uicia, que circa promouentia, uel impendientia propriam excellentiam sunt, neutrum horum est huiusmodi. ergo.

¶ Contra responsionem uero ad tertium arguit, quia inordinatus amor sui, & inordinatus amor propriae excellentiae, se habent ut magis commune, & melius commune, ut patet. & ille utpote communissimus, est initium omnis peccati, utpote particularis, non. unde sophisma consequentis est ad illo ad istum procedere, quod si ille est initium peccati omnis, quod iste etiam sit initium peccati omnis.

¶ Ad utranque objectionem ex eodem fundamento literæ, respondendum est, ex hoc. quod superbia initium omnis peccati dicitur secundum ordinem intentionis ex parte, scilicet finis, quia obiectum suum est finis omnium bonorum commutabilium, ad que alia uicia conuertuntur. Ex hoc namque dicitur primo, quod in temperantia, & timiditas oriuntur ex superbia, & quod bonum delectabile, ad quod conuertitur interperatus, quam bonum euersionis ad quod conuertitur timidus, cum bonum quoddam sit, natum est apparere, ut conserens ad propriam excellentiam. Dicitur secundo, quod licet totum & pars non sint idem, & qui ualent tamen quod ad aliquid, totum, & prima pars uirtualiter extensa ad reliquas, ut patet de toto corpore, & corde respectu motus: ac per hoc amor sui, ut totum, & amor propriae excellentie, ut prima pars, quia est respectu finis ceterorum, recte ponitur initium omnis peccati ex eadem parte.

c. 28. & ult. tom. 5.

D. 533.

q. 1. ar. 1. ad 1. & 2. ad 2. & q. 20. ar. 1. ad 2. & q. 57. ar. 4. & q. 65. ar. 1.

ar. preced.

¶ Super Questionis obsequium quartæ articuli secundum.

¶ Articulus. 84. questio. dubium occurrat ex Durando conueniente cum Scoto, in 6. distinct. secundi ad primum. Et in hoc, quod superbia minima omnis peccati, non est speciale peccatum, ut dicitur. Scotus in prima parte, scilicet de peccato angelorum esse questio, sermo habitus est. Nam Durandi questionem, & contra responsionem ad tertium, qua dicitur quod ad idem peccatum, quod ponatur initium omnis peccati superbia, & amor proprius in 2. sent.